

## Band III., Nr. 629, Seite 100-101

*Bischof Otto und sein Kapitel in Würzburg bezeugen einen Tausch- und Abfindungsvertrag zwischen den Brüdern des deutschen Hauses in Jerusalem und Adelheid von Hohenlohe mit ihrem Gemahl Konrad von Lobenhausen wegen des Leibgedings, das genannter Adelheid auf Gütern in Mergentheim zusteht.*

Ohne Ortsangabe, 1220.

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto dei gratia Herbipolensis episcopus. Quoniam memorabilibus fidelium actibus obliviose vetustatis consuevit antiquitas novercari, convenit eos ad habendam certam et interminabilem eorum memoriam evidenti scriptorum testimonio posterorum noticie declarari. Noverit igitur omnium tam presentium etas quam futurorum successura posteritas, quod, constituti in nostra et capituli nostri presentia, dilecti nostri fratres domus beate Marie virginis in Ierusalem transmarine, que Teutonicorum dicitur, ab una parte, et dilecta nostra nobilis matrona Adelheidis, mater puerorum de Hohenloch, cum marito suo comite Cûnrado de Lobenhausen, ab altera, super bonis ipsius Adelheidis in Mergentheim, que titulo iuris, quod vulgo lipgedinge dicitur, habuit et possedit, que tamen post mortem eius predictæ domui totaliter et libere cedere debebant, ut nulla super eisdem bonis presentialiter nec in posterum eisdem fratribus questio moveatur, taliter convenerunt: quod eadem Adelheidis bona predicta, cum hominibus universis ad eadem bona spectantibus rustice conditionis, Agneta excepta, omni suo iure presentialiter abdicato, predictis fratribus absolute reliquit et libere, cum aliis ipsorum ibidem proprietatibus perpetuo possidenda. Ita tamen quod quicumque cuiuscumque conditionis homines, qui rationabiliter ab eisdem bonis feoda tenuerunt, a predictis fratribus eadem debent recipere deinceps et tenere. E converso autem fratres predicti eidem Adelheidi et marito eius predicto comiti Cûnrado centum quinquaginta marcas dederunt, et in Wichartesheim de proprietate domus beate virginis triginta iugera vineti, cum domo ibidem apud domum Rappotonis tabernarii sita, omni cessante heredum suorum successione, eidem domine et comiti vite sue temporibus reliquerunt. Insuper in curia sua Wirceburc apud Scotos<sup>1</sup> idem fratres predictis domine et comiti quarto decimo die semper post festum beati Martini dabunt duodecim libras Herbipolensium annuatim, ita tamen quod, altero eorum decedente, sex libris domui remanentibus, relique sex superstiti vite

<sup>1</sup>Das Schottenkloster in Würzburg.

## II

sue temporibus persolvantur. Ut autem predictorum veritas perpetua in posterum vigeat firmitate, nos presentem super ea cartam conscribi et tam nostro quam ipsius comitis et aliis, que appensa sunt, sigillis, ad ipsorum domine et comitis petitionem, fecimus communiri.<br> <br> Huius rei testes sunt: Iringus decanus maioris ecclesie, Theodericus prepositus in Houge, Arnoldus prepositus in Onoldispach<sup>2</sup>, Thegenhardus scolasticus, Heinricus custos, Fridericus cantor, Albertus cellerarius, Heinricus de Lapide<sup>3</sup> portanarius, Arnoldus camerarius; laici: Heinricus de Rotenfels, Heinricus de Haldenberch<sup>4</sup>, Hermannus de Hunenberch<sup>5</sup>, Heinricus de Telheim scultetus, Reinhardus de Büttert, Marquardus Weiso camerarius, Walpertus Torso, Heinricus pincerna, Marquardus Herbest.<br> <br> Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo, regnante gloriosissimo Romanorum rege Friderico et rege Sicilie, episcopatus nostri anno XIII<sup>o</sup>.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Noch sind vier dicke, gelbe und rote Seidenschnüre an der Urkunde befestigt, woran Teilchen von zinnoberrotem Wachs kleben. Auf der Rückseite der Urkunde steht von gleichzeitiger Hand: *Privilegium herbipolensis episcopi . super lipgedinge domine de hohlenloch . et comitis Cu<sup>o</sup>nradi de Werdekke* und über dem letzten Worte von jüngerer, etwa dem fünfzehnten Jahrhundert angehöriger Hand: *alias lobenhusen dictum* (das *m* hat einen Strich zu wenig, auch steht über dem Wort ein Abkürzungsstrich).

---

<sup>2</sup>Ansbach, AN.

<sup>3</sup>Stein am Kocher ?

<sup>4</sup>Schloss über Niederstetten, Niederstetten, TBB.

<sup>5</sup>Heimberg, Niederstetten, TBB ?

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

StA Ludwigsburg

**Signatur/Titel des Originals:**

B 249 U 7

**Überlieferung und Textkritik:**

Original. Abschrift in der Sammlung Breitenbach: StA Ludwigsburg JL 495 Nr 17.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Aussteller:**

Otto I.; Bischof von Würzburg (1207–1223)

**Ortsindex:**

Ansbach, AN<br> Bad Mergentheim Wohnplatz (3643)<br> Bad Mergentheim, TBB<br> Bütthard, WÜ<br> Heimberg Wohnplatz (3832)<br> Heimberg, Niederstetten, TBB<br> Hohenlohe, Simmershofen, NEA, W<br> Jerusalem, Israel<br> Lobenhausen Wohnplatz (2992)<br> Lobenhausen, Kirchberg an der Jagst, SHA<br> Niederstetten Wohnplatz (3837)<br> Niederstetten, TBB<br> Rom, Latium, Italien<br> Rothenfels, MSP<br> Sizilien, Italien<br> Stein am Kocher Wohnplatz (2141)<br> Stein am Kocher, Neuenstadt am Kocher, HN<br> Theilheim, WÜ<br> Weikersheim Wohnplatz (3887)<br> Weikersheim, TBB<br> Würzburg, WÜ